Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion Sev Manvale Episcoporvm Pro Decretis in Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Index decernendorum in Visitatione locali, & materiali. §. X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

Visual Library

ANNOTATIONES.

1 *AN poſſint oſtia frangi ab Epiſcopo Viſitante recuſantes viſitari quo ad clauſuram, Vide Fuſcum de Viſitat. lib. 2. cap. 19. vbi ex profeſſo tractat. cum diſtinctionibus, & tandem concedit.*

2 *Impedientes quo minus Epiſcopus ſua vtatur iuriſdictione: excommunicatur in Bulla Cœnæ Domini num. 15.*

3 *Inuocari poteſt brachium ſæculare. quod ſi neget, excommunicari poteſt cap. 2. de maledicis, & cap. 1. de Offic. Ordin.*

Index decernendorum in Viſitatione locali, & materiali. §. X.

PEritus Sacrorum Canonum Epiſcopus, Decretorum ſynodalium, & communioris vſus. Eccleſiæ Catholicæ, quædam ſtatim decernet, & in ipſo Viſitationis actu exequetur, quædã maturius circa finem Viſitationis locorum; & perſonarum.

1 Nam decernet ſtatim, & ſingillatim, ea, quæ ſequuntur.
2 Altarium demolitionem, vbi facienda eſt.
3 Ararum confractionem. Veteris Chriſmatis, & Oleorum ambuſtionem.
4 Sepulchrorum amotionem, ſeu obſtructionem, ſi loco vetito.
5 Amotionem bradellarum, ſedilium, & aliorum impedimentorum.
6 Item profanarum imaginum, aut rerum.
7 Lacerationem corporalium, purificatoriorum, & rerum indecentium ſine remedio.
8 Profanationem calicum, & patenarum; item Eccleſiarum, quæ fit, vt infra.
9 Clauſionem portarum lateralium.
10 Lacerationem Miſſalium, Breuiariorum nimis indecentium.
11 Amotionem arborum à Cœmeterio, & locis Sacris.
12 Ramorum inciſionem, qui nocent parietibus Eccleſiæ.

Ea vero, quæ maturius, & data opportunitate temporis, ſunt executioni mandanda.

1 Altarium reconcinnatio, & bradellarum.
2 Vmbellæ constructio ſuper altare.
3 Telaria altarium lignea.
4 Septa altarium.
5 Feneſtella pro vrceolis.
6 Cruces, candelabra, & alia huiuſmodi, aſſignato congruo ſpatio temporis, iudicio Epiſcopi, & pœna pecuniaria, aut alia ad arbitrium, non autem cenſuris, vel certe, non latæ ſententiæ, niſi ex maxima cauſa.

Alia denique ſunt, quæ reſeruari debent, examinandam melius adhibitis etiam in conſulationem doctiſſimis viris, peracta tota Viſitatione, ne diutius immorans Viſitator loca plus iuſto grauet.

ANNOTATIONES.

1 *DE Prædictis aliqua fieri debent ſumptibus Rectoris Eccleſiæ, aliqua populi ære vel vtriuſque.*

2 *Regula eſt in Actis Eccl. Mediol. vt cum Eccleſiæ redditus ſuppetunt commode ad omnes expenſas, non compellatur populus, niſi ad cœmeterij impenſam; præterquam vbi eſt conſuetudo populo etiam alia præſtandi: quæ retineatur.*

3 *Si vero non ſuppetunt fructus Eccleſiæ præter victum Sacerdotis, totum, quod deeſt Parochiali Eccleſiæ ac ædibus Parochialibus in fabrica ſuppellectili ſacra vel Clerici ſuſtentatione, curandum eſt impenſa Populi.*

4 *Altarium minorum inſtauratio, ex Decreto S. Caroli in Synodo Diœceſ. IV. præſtanda eſt per eos, quibus ex fundatione, alioue iure, onus eiuſmodi impoſitum eſt ſi nulli ij ſint, fiat eorumdem altarium cenſu, legatoue Miſſæ faciendæ relicto ſi minus ſatis eſt, moneantur ij, qui ibidem habere ius ſibi perſuadent ſi neque hi ſint, detur ijs, qui ſponte velint. vel ij præſtent. quibus incumbit onus reliquæ Eccleſiæ, datoque certo termino amoueantur, & ad altare maius, ſeu aliud transferantur Hæc ibi.*

5 *Si partiendum eſt onus, aſſignentur Rectori potius, quæ pertinent ad paramenta, mappas, & reparationem Altaris maioris; populo, quæ ad fabricam.*

6 *Quæ attinent ad Sacram Euchariſtiam, dẽtur ſcholæ Corporis Chriſti, cum facultate, vt quæſtuet ad hunc effectum.*

7 *In taxandis Capellani fructibus pro reparatione, & ornatu, habeatur ratio, ne grauetur vltra id quod aſſignaretur mercenario implenti onera Capellæ.*

8 *Vltimum remedium eſt ſuperſedere à toto ſeruitio, vel eius parte per aliquod tempus; & quod impenderetur, ſi à mercenario præſtandum eſſet, aſſignetur pro impenſa, datæ facultate Titulari, ſi inops eſſet, ſuſcipiendi oneris in alio altari, vel Eccleſia cum ſua eleemoſyna.*

9 *In ijs quæ minutiora ſunt, vt claues, corporalia, &c. non excuſetur Rector vllo quouis*

inopia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inopiæ prætextu, quo minus etiam negligente populo ab ipſo præſtentur.

10 *De Eccleſijs profanandis, & diruendis, Vide Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 7.*

11 *Quæ Rector non potuit exequi, morte præuentus, ſuppleat hæres.*

Index obſeruandorum in Viſitatione Perſonarum. §. XI.

1 *In Viſitatione Canonicorum.*

Quæ ad Collegium communiter ſpectant.
Origo.
Numerus Canonicorum.
Dignitates quot, & quæ.
Habitus coralis.
Statuta.
Diſtinctio Præbendarum.
Redditus.
Diſtributiones.
Seruitium.
Cantus.
Punctatores.
Theologalis.
Pœnitentiaria.
Doctoralis.

Officiales Capituli.
Conuentus Capitulares.
Sigillum.
Acta.
Onera.
Miſſæ ſolemnes.
Horæ Canonicæ.
Chori diſciplina.
Conciones.
Anniuerſaria.
Miſſarum numerus.
Officia propria.
Feſta.
Archiuium.
Inuentaria bonorum mobilium, immobilium.

Manſionarii, ſeu Capellani.
Habitus.
Merces.
Seruitium.
Conſuetudines Eccleſiæ.
Proceſſiones.
Ritus.
Magiſter cæremoniarum.
Sacriſta.
Clerici.
Muſici.
Organiſta.
Alij.
Ratio redditu um reddenda.

2 A ſingulis exquirenda, vt infra de alijs Beneficiatis. & præterea, an minor ſit 22. annis. vocalis ante Subdiaconatum an acceperit aliquid pro admiſſione noui Canonici.

3 *In Viſitatione Parochorum.*

Vt de Beneficiatis infra.
Et præterea de indice, de quibus ſupra §. 5. à num. 18. vſque ad 34.
Item interrogentur de reſidentia.
Miſſa frequenti.
Concione.
Feſtorum, Vigiliarum, Edictorum publicatione.
Doctrina Chriſtiana.
Veſperis.

Proceſſionibus.
Feſtis proprijs.
Conſuetudinibus.
Conuentibus menſtruis pro caſibus conſcientiæ.
Quod parochias vnuſquiſque habet.
Miniſtros ſufficientes.
An benedicat cineres, candelas, palmas.
In triduo maioris hebdomadæ quid.

Hiſtoria reſeruata in calice tecto.
Fontis benedictio, & Cerei Paſchalis.
Litaniæ maiores, & minores.
Qua ratione.
Ritus in celebranda Miſſa ſolemni, & priuata.
Benedictio domorum.
Repræſentationes piæ.

5

De Sacramentorum adminiſtratione.
Circa compatres in Baptiſmo.

Ob ſtetrices paritas.
Cautionem in lecto pro infantibus.

An vltra tres dies differatur baptiſmus.
An domi fiat.

6

De Pœnitentiæ Sacramento.
Ante diem, vel noctu an mulieres.
An alienos.
Cum ſtola.

7

De Communione.
Puerorum inſtructio.
Apparatus.
Conuerſus pro communione ægrotorum.
Frequentia.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN